



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Absolutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421



P R A X I S
E P I S C O P A L I S
R E V E R E N D I S S I M I
D. T H O M Æ Z E R O L Æ
Beneventani E P I S C O P I M i n o r e n s i s ,
P A R S P R I M A .

A B S O L U T I O .

S U M M A R I U M .

- 1 *An Episcopus in sua diocesi residens possit absolvere subditum suum, vel quempiam irretitum aliqua censura ecclesiastica à jure, vel ab homine in aliena diocesi.*
- 2 *An absolutio habita tempore jubilai, vel alio suffragetur in foro exteriori.*
- 3 *An infirmus, qui amisit loquelam, & non potest per nutus, vel per signa aliqua exteriora confiteri, possit absolvi sacramentaliter.*
- 4 *An Episcopus per cap. licet, sess. 24. sacri Conc. Trid. possit absolvere hereticum occultum.*
- 5 *An confessarii tempore jubilai possint absolvere ab heresi occulta, si in eo detur hujusmodi facultas sub clausulis generalibus.*
- 6 *An confessarii tempore jubilai possint absolvere à casibus Episcopalibus absque licentia ipsius Episcopi.*
- 7 *An Episcopus existens extra suam diocesim possit absolvere subditum suum irretitum aliqua censura ecclesiastica lata à se, vel à jure, vel ab homine, modo non sit alicui reservata.*
- 8 *Quibus casibus alicui est deneganda absolutio.*
- 9 *Qua praxi utendum in absoluteione ab excommunicatione.*

AD primum. Absolutio ab excommunicatione lata ab homine haberi debet ab eo, qui eam tulit; ita communiter Doct. in cap. pastoralis, §. præterea, de offi. deleg. Navar. c. 27. n. 40. notab. §. Sylvest. in ver. Absolutio, primo. numer. 2. ver. 1. Angel. in ver. Absolutio, 1. A num. 8.

num. 8. Armill. eodem ver. num. 36. Flor. Theol. in 4. sent. tract. de excomm. con. 2. § 6. Cajet. in sum. in ver. Absolutio ab excommunicatione, cap. ult. D. Tho. in addit. 3. part. quest. 24. art. 1. in cor. sum. Asten. lib. 7. tit. 14. q. 9. & est communis omnium Doct. antiquorum. Innoc. in c. prudentiam, nu. 13. de off. deleg. Secunda opinio & verior est, Navar. 27. nu. 44. Sol. in 4. sent. dist. 2. q. 22. ar. 3. col. 4. Covar. in c. alma mater, de sent. excom. lib. 6. par. 1. §. 12. n. 4. ver. 2. Imol. in c. grave. col. 4. de praeben. & potest colligi ex c. nuper, de sent. excom. Isti dicunt, quod ab ea possit absolvere omnis, & quicumque habens auctoritatem Episcopalem, idem Navar. in conf. 51. de sent. excom. & tract. de jubilais, nois ab. 2. gl. ult. nu. 35.

Pro notitia praedictorum est notandum, quod excommunicatio ab homine, vel est reservata ipsi excommunicanti, vel non; si primum, non potest absolvi, nisi ab eo, qui sibi reservavit; si secundum, subdistingue, vel est specialis, i. contra certam personam, tunc similiter ipse absolvit qui excommunicavit, c. per tuas de sent. excom. vel generalis, i. generaliter lata, ut qui nocte Nativitatis Domini luderet ad aleas, vel qui furtum fecerit, vel qui alloqueretur moniales absque licentia, tunc dico, quod ab ista excommunicatione potest absolvere omnis, & quicumque haberet auctoritatem episcopalem, & sic concordantur omnes opiniones, ut communiter Doct. in c. nuper, in 2. respon. de sent. excom.

Restat dubium, quid si fuerit reservata, vel specialiter lata contra aliquem? dico. Primum, quod debet absolvi ab eo

qui eam tulit, ut patet ex dictis. Secundum, si habet difficultatem accedendi ad ipsum Episcopum, ut quia incurrit excommunicationem reservatam Neapoli, & ipse commoratur Mediolani, tunc dicerem cum D. Thom. ubi sup. quod possit absolvi a suo Episcopo, praestita juratoria cautione, quod parebit mandato illius Judicis qui sententiam tulit, si commoditas sibi erit illuc accedendi, maxime si facta est restitutio parti laesa. Tertium similiter si non facta est restitutio, & ille est in periculo mortis, Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. de cas. refer. Quartum similiter si esset in regione longinqua, vel si non solvendo, vel si non esset obnoxius restitutioni, ut quia solum transgressus est praecipuum superioris, quo incidit in censuram generaliter, vel specialiter, & haec sunt notanda pro praxi quotidiana. Quintum etiam si fuerit accusatus a Concilio provinciali. Abb. cap. grave, n. 13. de praeb. idem censet Navar. conf. 1. de paroch. de illo qui est longè a suo domicilio, & vellet contrahere matrimonium, nam domicilium est, ubi quis commoratur sine fraude, & in con. 49. de sent. excom. ubi ait posse Episcopum loci, ubi quis deget, absolvere eundem excommunicatum, tam ab homine, quam a jure, etiam si fuerit homini reservata propter morbum, vel impedimentum eundi ad quaerendam absolutionem, ut quia longè distat a suo ordinario, a quo fuit excommunicatus cum reservatione, facit c. eos, in princ. de sent. excom. lib. 6.

Ad Secundum. Si quis per violentam manuum injectionem in clericum, vel per contumaciam, vel quovis alio modo fuerit

uerit excommunicatus nominatim, vel causa sit deducta in iudicium, adueniente Jubilæo, vel Bulla aliqua dante facultatem absolventi à quibuscunque censuris, & pœnis etiam Papalibus, etiam in Bulla Cœnæ Domini, ille sic inquisitus, & excommunicatus facit se absolvere vigore illius Jubilæi, vel Bullæ, an valeat ista absolutio in foro exteriori, & si interim administraverit aliquod sacramentum, vel aliquod huiusmodi, efficiatur irregularis? Respondetur omissis difficultatibus, quòd non valet ista absolutio in foro fori, & ille efficitur irregularis. Covar. in c. alma mater, 1. p. §. secundo, num. 16. ver. 5. de sent. excom. l. 6. & in lib. 2. c. 10. n. 3. var. resol. Franc. Peng. in com. 25. col. 2. fol. 241. super 2. par. direct. inquisit. ait, adeo esse veram hanc doctrinam, quòd contrariam putaverit esse erroneam. gloss. in cap. de his criminibus, in fine, de accus. & ibi Innoc. gl. in c. fraternitatis, in ver. cum arg. 12. q. 2. gl. in cap. admonere, in ver. pœnitentia. 33. q. 2. Gomel. in q. 14. col. 2. in reg. cancell. de non jud. iuxta for. suppl. Matan. 6. p. in tit. de inquisit. nu. 87. Abbas, Fel. Marian. in d. cap. de his crim. & in c. accepimus, n. 2. de pur. canon. & in c. 2. n. 2. de empt. & ven. & hoc clarè patet ex verbis sumt. Pont. in foro conscientie, ac pœnitentia tantum, & ad effectum consequendi huiusmodi Jubilæum, ita Greg. XIV. in Jubilæo edito anno 1590. nonis Januarii, Pontif. sui anno primo, Navar. de Jubil. & indulg. notab. II. num. 20.

Ad Tertium, Casus potest ita figurari: ægrotat quis, petit confessarium, antequàm confessarius veniat, ægrotus amit-

tit loquelam, iudicium, delirat; petitur, an confessarius poterit eum absolvere absolute sacramento à peccatis? Prima opinio, Navar. cap. 26. n. 28. & cap. 27. n. 269. notab. 2. Sot. 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. circa primum argumentum, Flor. Theol. 4. sent. tract. de confess. fol. mibi 217. in prim. parte, isti dicunt, quòd non, Sotus dicit, esse sacrilegium, & Navar. quòd deficit pars essentialis, nempe materia, videlicet peccata. Secunda opinio est Alsten. lib. 5. tit. 16. col. 3. Ang. in ver. confessio 4. n. 8. Melchior. Cani. in relect. de pœnit. & nonnullorum recentiorum, isti dicunt, quòd sic: ratio est, quia nulli sit præiudicium; quid dicendum? ego censerem cum secunda opinione, quia adest canon, is, qui pœnitentiam 26. q. 6. qui omissis reversionibus, quibus Sot. eum torquere conatur, videtur apertissimè hoc dicere, cum dicat quòd absolvatur ad testimonium illorum, qui eum audierunt, scilicet petentem confessarium, & accipiat pœnitentiam, quæ debet intelligi de sacramentali, quia verbum simpliciter prolatum debet intelligi in potiori significato, c. penult. de sent. exc. & quia sumus in materia favorabili animarum: nec valet ratio Soti & Navar. quia habemus materiam, nempe desiderium prolatum, quando petiit confessarium, signa, dolorem præteritum in actu, nunc autem in virtute, quæ sunt quasi materia huius sacramenti. Conc. Trid. sess. 14. c. 5. can. 4. Adest contritio, seu attritio, quia dolet, confessio, quia petiit; hoc confirmatur per auctoritatem D. Thom. in opus. 65 & D. Anton. 3. p. sum. tit. 10. ca. 2. & est ita quasi communiter in praxi, &

4
hoc etiam tenet Abb. *in c. à nobis, lib. 2. n. 3. de sent. excom. per c. quem pœnitet, de pœn. dist. prima.* tamen est prima opinio; consule quæ dicuntur *in secunda par. verbo, Absolutio, §. secundo.*

Ad Quartum. Figuratur casus; est aliquis hæreticus occultissimus, qui tactus dolore intrinsecus, vult respicere aegreque pœnitentiam de suo errore pessimo, an possit Episcopus eum absolvere; & videtur quòd sic, etiam in foro exteriori, data abjuratone & reddito ad Ecclesiæ unitatem. *c. ut officium inquisit. & c. ut commissi, de heret. lib. 6. c. presbyteros. 50. dist. Joan. de Selva tract. de benef. 4. p. 7. n. 1. Conc. Irid. sess. 24. c. 6. de reform. Flores Theolog. in 4. sent. tract. de confess. 1. p. folio mibi 232. oppositum habet Navar. cap. 27. num. 271. notab. 15. ubi ait, nec Pium V. nec Greg. XIII. Pontif. Max. voluisse concedere hanc auctoritatem summo Pœnitentiario: accedet declaratio sacre Congregat. nu. 486. ubi nec Episcopos, nec inquisitores, hoc posse declarat, & sic videtur contractata auctoritas concessa *in d. cap. 6. Vide quæ dicuntur in 2. par. ver. absolutio, §. 8. per multa dicta.**

Ad Quintum. Videtur etiam quòd sic, valida ratione, quia vel hæresis est reservata summo Pont. in corpore juris, vel in processu literarum Cœnæ Domini, vel in aliquot Bullis: sed in Jubilæo datur facultas absolvendi ab omnibus casibus, ut patet in verbis in eo poni solitis: tamen hac ratione non obstante contrarium est verius. Covar. *in capitul. alma mater, de sent. excom. lib. 6. p. 1. §. 2. num. 15. ver. 2. Navar. loco citato, Siman.*

de cathol. institut. tit. 23. num. 1. quicquid dicat Sot. 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 3. & Flor. Theol. loco citat. & multi recentiores. Adest valida ratio ultra prædictos Doct. gravissimos: nam sequeretur confessarium quendam non bene callentem hanc materiam hæreseos, posse absolvere, & citius manum imponere, non addito sufficienti pharmaco huic pessimo morbo, si darentur laxæ habenæ, cum sit maximi momenti, optimo consilio ducti summi Pontif. hoc sibi reservarunt, nulli concedendo, nec vigore Jubilæi, licet aliquando hoc concedatur explicitè, prout in Jubilæo concessa à sanctissimo Papa Sixto V. de mense Septembris 1589. ubi solum reservavit sibi hæreticos declaratos, & condemnatos, ex quo sumitur, quòd nisi specialiter concedatur, non intelligitur generaliter concessum, per *c. in generalis, de reg. iur. lib. 6. & c. fin. de off. vic. & c. 2. de pœnit. & remiss. eod. lib. & Dyn. in d. reg.* Tamen oppositum sustinemus *in Practica nostra penitentiali, cap. 15. q. 4.* Hic deficit §. an regulares possint absolvere à casibus reservatis Episcopis, vigore suorum privilegiorum, qui tamen habebitur *in 2. par. ver. absolutio, §. 1. ibi videto, vide etiam quæ dicuntur ibi §. 8.*

Dicet quis, quid dicendum, ubi in istis privilegiis & confessionibus fit expressa mentio de casibus episcopalibus? dicerem pro nunc, primò, quod nunc possent, quia Princeps est, qui concessit (salva meliori consideratione:) prout vide in Indulgentiis concessis à Pio IV. Societati nominis Jesu sub anno 1563, die
13. Aprilis,

13. Aprilis, anno quinto sui Pontificatus per Bullam, quæ incipit: Injunctum nobis apostolica, in forma Jubilæi, & à Greg. XIII. quæ incipit: Bulla aliàs felicitis, die 9. Julii 1590. in eadem forma Jubilæi, & hæc omnia vide impressa Romæ 1589. & Neap. sub anno 1584. Facit quod Princeps ex causa potest tollere jura alterius, *litem si verberatus. ff. de rei vend. Fel. in cap. qua in Ecclesiarum. col. 9. de constit. & quæ dicit Capyc. decis. 51. n. 13. & 14.* Secundò dicerem, non posse, quia Concilium Mediolanense citatum loquitur de privilegiis concessis, vel antè, vel post Concilium ex mente summi Pont. & ita servatur magis communiter. Vide quæ habentur in 2. p. ver. absolutio, §. 1. ubi habebis posse regulares absolvere à casibus reservatis, vigore privilegiorum concessorum, vel confirmatorum post sacrum Conc. Trid.

Ad Sextum. Videtur primò, quod non, *c. super eo. & ibi gl. in ver. intentionis, de off. deleg. & c. ex tuorum, & ibi gl. in ver. permutat. de auct. & usu pal. Selva tract. de benef. 1. p. q. 3. n. 4. & p. 3. q. 13. n. 1. Staph. de lit. grat. fol. 357. nu. 13. Navar. c. 27. n. 263. ver. 5. c. si Episcopus, de pan. & remiss. lib. 6.* adest ratio, quia confessarii nullam auctoritatè habent, nisi quam à superioribus accipiunt, quia delegatus nullam propriam habet jurisdictionem, sed fungitur munere Judicis delegantis. *l. 1. §. qui mandatam, ff. de offi. ejus cui mand. est jurisd. Jason in l. si cum tibi, n. 4. de judic.* sed superior non dat, nisi limitatam potentiam; ergo non possunt à casibus Episcopalibus absolvere etiam tempore Jubilæi. Prima opinio est quorundam mo-

dernorum, freta auctoritatibus prædictis? secunda opinio est communis & multorum recentiorum. Verùm ego censerem cum secunda opinione, quam etiam sequitur Navar. in manual. in nova impressione, & quia est favorabilior. Nec urgent contraria adducta: nam intelliguntur, quando Princeps concedit privilegium, seu rescriptum alicui personæ particulari: sed Jubilæum est privilegiū, seu indultum universale, dans jubilationem toti Christianæ Republicæ, hoc patet manifestè, sicut etiam antiquitus. in Levit. cap. 25. Extravag. unigenitus, de pœnit. & remiss. c. si quis aliquando. §. in Levitico, de pœnit. dist. 1. Nec valet argumentum à privilegio ad hanc gratiam universalem, quia primum est strictè interpretandum, cum sit odiosum, & contra jus, *ca. porrò, de privileg. c. cum dilectus, de consuetud. Sylv. in verb. privilegium, §. 3. Navar. c. 22. n. 79. Abb. in c. suggestum, n. 3. de decim.* Secundum largissimè, quia omnibus prodest, nulli obest, *c. tua nobis, de verb. signific. faciunt ea, quæ dicit Rebus. in pract. benef. tit. de differ. inter privileg. reser. & mand. n. 6. Capy. loc. cit. nec Navar. est contrariæ opinionis, quia ibi loquitur non tempore Jubilæi, sed quod confessarii præsentati non possunt absolvere à casibus episcopalibus, præcisè loquendo, imò n. 255. clarè tenet idem, nec valet ratio de limitata auctoritate, nam tunc temporis Confessarii habent illam à sum. Pont. extendenti ipsam limitatam potentiã in favorem animarū. Vide Abb. in c. Deus, qui, nu. 5. de pœn. & rem. nam favor ampliat privilegium, quod supra vel extra jus in commune*

conceditur, l. i. ff. ad munic. § l. vn. l. 10. C. de thesaur. & Dyn. in c. quod ob gratiam, n. 8. de reg. jur. lib. 6. & hoc clarè patet per verba Jubilæi, ubi dicitur, ut assumant unum confessarium approbatum ab ordinario, qui possit absolvere, &c. ergo Papa solum requirit, ut sint approbati ad audiendas confessiones. facit quod Papa est fons totius jurisdictionis & auctoritatis Ecclesiæ. Sot. 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 1. & hoc explicavit sanctissimus D. N. Papa Greg. XIV. in Jubilæo, de quo supra, ubi etiam in calibus tam locorum ordinariis, quam Sedi apostolicæ reservatis, &c. quamvis posset dici, prout dictum est superius § 5. in fine, sed melius dici potest, quod voluit tunc declarare lucidius, quod obscurius prius dubitabatur. facit quod notat Panorm. in c. olim, n. 3. de verb. sign. quem videas. & Covar. li. l. c. 10. nu. 11. var. resol. & novissimè sanctissimus dominus noster Clemens VIII. Pont. Max. in Jubilæo suo, de mense Februar. 2. 1592. videndus est etiam Dyn. in c. quæ à jure, n. 7. de reg. jur. lib. 6. & tex. clarus in c. inter alia, §: ut igitur, de sent. excom. & quod dicit Staph. per illum tex. in c. de graduatis, fol. 255. in fin. & Innoc. in c. recepimus, n. 4. de privil. & Navar. in c. nullum, 18. quest. 2. n. 12. ubi habetur, principem velle præjudicare juri alterius, quando non est de illo, quod exprimit.

Ad septimum. Respondetur, Episcopum posse absolvere subditum suum, qui incurrit excommunicationem, tam si Episcopus est extra diocesim suam, & excommunicatus intra, quam è contra, etiam si ambo extrà & excommunicatio

est, de quibus dixi superius, §. 1. Fel. in c. cum inferior, col. 2. de major. & obed. & ibi Abbas, Gom. in c. 2. §. statuto, n. 48. de constitu. lib. 6. Similiter legatus extra legationem, c. penult. de offic. deleg. licet gl. in c. novit, in ver. terminos, de offic. leg. & glo. in Clem. 1. de foro comp. in ver. jurisdictionem, dicant oppositum, ratio est, quia Episcopus & Legatus extra territorium possunt quidquid est jurisdictionis voluntariæ, ut idem ibidem, sed hoc intellige, quando esset sine contradictorio judicio. Capy, decis. 203. nu. 16. Sed hæc intelliguntur, quando non requiritur causæ cognitionem, quia aliàs non propterurbationem jurisdictionis alterius. Gemin. in c. 2. ver. item quia, de constitu. lib. 6.

Ad Octavum. Dico primò, absolutionem non esse impendendam ei qui non vult desistere à peccato, c. peccati venia, de reg. jur. lib. 6. ratio est, quia non potest absolvi, qui adhuc vult permanere ligatus, ut usurarii, concubinarij, rancorem cordis dimittere nolentes, & propinquas peccatorum occasiones minimè relinquentes, Navar. c. 3. n. 5. per totum, argum. c. cum ab omni specie mali, de via, & honest. cleric. & alia hujusmodi. Secundò meretricibus est deneganda absolutio, sed non confessio peccatorum, c. quod quidam de poenit. & remiss. Tertiò, quia in alia confessione promiserunt restituere, & id efficere neglexerunt, & possunt, non sunt absolvendi secunda vice, ni prius restituant, c. peccatum, de reg. jur. in 6. Cajet. in sum. in ver. restitutio, c. 6. circa ultimum. Navar. c. 17. n. 49. D. Anton. 2. p. tit. 2. cap. 8. & dicam in ver. decima, inferius. Quartò, qui non est

est solvendo tempore confessionis, hac praxi est utendum, prout vidi uti quemdam Reverendissimum Archiepiscopum satispium, & habetur *in c. ex par. il. primo, de ver. sig. & ibi gl. in ver. sufficiens*, vel det pignora, vel fidejussores, vel faciat aliquam scripturam, sive apocham confessario cum testibus sub alio colorato titulo, spondens se esse debitorem illi pro tanta pecuniæ quantitate, & hæc omnia ea prudentia, & grano salis, ut non detegatur directe peccatum, nisi ipse pœnitens hoc permitteret. Navar. *c. 26. n. 7. c. ad hæc*, & ibi gl. *in ver. sufficienti, de sent. excom. Staph. de lit. grat. fol. 292. n. 2.* vide Covar. *lib. 3. capitul. 3. n. 6. var. resol.*

Ad Nonum. Si loquitur de absolutione in foro judiciali, vide *c. à nobis, il. 2. de sent. excom. Navar. c. 26. n. 5. notab. 3. Sylv. in ver. absolutio, 3. n. 3.* qua poterit tibi etiam in foro conscientie ex parte. Si loquimur de absolutione facienda ab Episcopo, vide *in Pontificali*. & si Episcopus absolverit aliquem ab excommunicatione sine satisfactione, valet absolutio, sed malè facit sic absolvendo. Innoc. *in capitulo cum ab Ecclesiarum, n. 6. de offic. ord.*

ADULTERIUM.

Primo. Adulterium non committitur cum sponsa de futuro, sed solum cum conjugata de præsentem & etiam ante copulam, sive consummationem matrimonii, gloss. *in c. discretionem, in ver. reatum, de eo qui cognovit, &c.* Gloss. *in c. si verò, il. primo, in ver. cum uxore, de sent. excom.* Covar. *de spons. p. 1. cap. 1. n. 8.* nec in primo casu tenetur quis confiteri cir-

cumstantiâ adulterii. Idem *loc. cit. numero 13. & 14.* nec in secundo casu esset adulterium, nisi fuerit contractum cum circumstantiis requisitis à sacro Concilio. Trid. *sess. 24. c. 1. de refor. matr.* nec incurruntur pœnæ impositæ contra adulteros. Covar. *ibidem nu. 14. vers. 5.* Secundo de clericorum adulterorum pœnis: vide Diaz. *pract. Crim. can. c. 79. & Gril. de pœn. omnif. coit. c. 6.* Tertio nonnulla contra adulteros optime sancivit Sixtus V. in quadam Bulla, quam videas, licet sit urbana tantum. Quarto adulterium qua pœna puniatur in muliere confessâ in judicio, Grammat. *decis. 31. per totam*, ubi fustigandam & in monasterium detrudendam esse dicit & ita decisum fuisse. Quinto, & an procedi possit ex officio in hoc delicto, vide eund. *ibid.* & Maran. *6. p. tit. 1. n. 170. &c. 1. de offic. ord. &c. sollicitatores, de pœn. d. 1.* Diaz. *loc. cit.* & Affli. *decis. 36.* & And. de Iser. *in const. regni.* Humanitatem, Romanum *in sing. 654.* Hispanum *in pract. crim. contra clericos, c. 9.* Sexto probatur verisimiliter per personas domesticas, Jason *in l. non dubium, num. 32. 34. & 35. de leg. Septimo: in adulterio vero admittitur transactio, secus verò in præsumpto, & est quando præmissa trina protestatione, reperitur aliquis alloqui mulierem. Jason in lib. transigere numero 5. de transact. Octavo de jure Codic. est pœna sanguinis, idem *ibidem numero quinto.* Nonò, ob adulterium mulier perdit dotem, & bona paraphernalia, & applicantur marito, *l. consensu de repud.* Jason *in rub. de judic. n. 4.* Gloss. *in c. plerumque, de donat. inter vir. & uxor. in ver. dotalium.**

EDICTA